Executore in eo nominato prædicto promovente.
Insimetis præterea, aut peremptorie facietis intimari dictis Amy Burnell Viduæ et Bridget Glanville (Uxori Guillielmi Glanville) quibus etiam nos Tenore præsentium sic intimamus, quod si ipsi Die, Horâ et Loco prædicto, vel ad aliquo Tempore et Loco, Quo dicta Commissio prorogabitur et continuabitur Conjunctim et Divisim non comparuerint, Commissarii prædicti vel alter, aut plerique eorum recipient et juramento onerabunt Testes quoscunque, partem, vel ex parte Honorabilis Domini Nicolai Baronis Von Watteville super plerasque Positiones et articulos dictæ Allegationis et ultimam Voluntatem et Testamentum dictæ Dinæ de Larisch aliter Von Larisch prius Raymond Viduæ defunctæ et super Exemplar verum ejusdem No. 1. Notatum, et plerosque Exhibit. No. 2.3.4.5. notatos et inviis allegatos producturos, et facere, et expedire omnia et singula Acta, aliquo modo requisita, aut necessaria, fieri aut expediri, donec Finem Executionis dictæ Commissionis, secundum ejus Tenorem et Effectum, absentiis et sive Contumaciis Amy Burrell Viduâ et Bridget Glanville (Uxore Guillielmi Glanville) sic citatis, et intimatis, ut prædictis in aliquo modo obstante. Et quod in præmissa facietis, Nostrum Magistrum Custodem, sive Commissarium ejus Surrogatum aut aliquem Judicem Competentem in hac parte Certiorem facietis cum præsentibus, Datum ad Londinensem Vicesimo Sexto Die Maij Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo Septimo.

Wm. Legard
Peter St. Eloy
Hen: Stevens
} Registrarius Deput. Assumpta.

N.B. Certificationes de Executionis sunt indorsatæ, ac Attestationes de Testibus earundem sunt annexa.

Substantialiter translatum Vicesimo Secundo die Mensis Augusti Millesimo septingentesimo Quinquagesimo Septimo.
Per me
[illegible] N.P.

Ab Anglice redditum

Matthæus providentiâ divinâ Cantuariensis Archiepiscopus totius Angliæ Primas et Metropolitanus universis et singulis Clericis et literatis personis quibuscunque in et per totam provinciam nostram Cantuariensis ubilibet constitutus Salutem, Cum Venerabilis et egregius Vir Dominus George Lee Miles Legum Doctor Curiæ Prerogativæ Cantuariensis Magister Custos sive Commissarius legitime constitutus, in quodam Negotio Introducentis et linquentis in Registro nostro dictæ Curiæ Testamenti Dinæ de Larisch aliter Von Larisch prius Raymond nuper de Hernhut in Superiore Lusatia in Germania Viduæ defunctæ et etiam Probationis desuper scilicet Nono die Mensis Augusti Anno Domini Millesimo septingentesimo Quinquagesimo Sexto sub sigillo dictæ Curiæ Honorabili Domino Nicolao Barone Von Watteville tunc et nunc residente in Germania, Unico Executore in dicto Testamento nominato obtentæ, et proponentis, et probantis dicti Testamenti solemniter per Testes, et dicendum Causam quare dictum Testamentum pro nullis et invalidis pronunciari et declarari et probationis ejusdem revocari omnibus Juris quibuscunque Effectis, et quare Defuncta non pronunciari ab Intestato obiisse sine Testamento; Et Concessionis Literarum Administrationis omnium et singulorum Bonorum Jurium et Creditorum dictæ Defunctæ, ut sic ab Intestato obiisse sub sigillo dictæ Curiæ Jones Raymond Milite, Fratre naturali et ligitimo et proximo Consanguinitatis dictæ defunctæ, et etiam Exhibentis Inventarii omnium et singulorum Bonorum Jurium et Creditorum dictæ Defunctæ sub juramento, quod coram eo in Judicio inter dictum Jones Raymond partem hujus modi Negotium promoventem ex una, et Honbilem Dominum Baronem Von Watteville Unicum Executorem in dicto

Testamento